Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



MIC:

224

enadab·princeps partis terre·⁊ edificaverunt iuxta eum azer·filius Josue princeps maspha·mensuram secundam·contra ascensum armamentorum angulum·Post eum in monte edificaverunt baruch·filius zachai·mensuram secundam·ab angulo·usque ad portam domus eliasiph·sacerdotis magni·Post eum edificaverunt marimuth·filius urie filii accuz·mensuram secundam·a porta domus eliasiph·donec extenderetur domus eliasiph·⁊ post eum edificaverunt sacerdotes viri de campestribus hortulanis·Post eum edificaverunt beniamin·⁊ asub contra domum suam·Et post eum edificaverunt azarias·filius moaste·filii ananie·iuxta domum suam·Post eum edificaverunt bennui·filius senna dab·mensuram secundam a domo azarie·usque ad flexuram·⁊ usque ad angulum phales·filius filii·ozi·contra flexuram·⁊ turrem que emina de domo regis excelsa·i·in atrio carceris·Post eum phadaia filius phecos·Nathinnei autem habitabant in ophel·usque contra portam aquarum ad orientem·⁊ turrem que prominebat·Post eum edificaverunt thecuitem mensuram secundam e regione aturre magna·⁊ eminentem·usque ad murum templi·Ruursus autem a porta equorum·edificaverunt sacerdotes unusquisque contra domum suam·Post eos edificaverunt sedoc·filius emmer·contra domum suam·Et post eum edificaverunt semeia·filius secheniae custos porte orientalis·Post eum edificaverunt anania·filius selemie·⁊ anon·filius selon·⁊ sexti·mensuram secundam·Post eum edificaverunt mosollam·filius barachie·contra gazophylacium suum·Post eum edificaverunt melchias·filius aurifices usque ad domum nathinneorum·⁊ scuta mercatorum·contra portam mercatorum·⁊ usque ad cenaculum angulum·⁊ inter cenaculum anguli·in porta equorum·edificaverunt artifices·⁊ negotiatores·

·IIII·

Factum autem cum audisset sanaballath·quod edificaremus murum·irat·est valde·⁊ motus minus·sibi sannavit iudeos·⁊ dixit coram fratribus suis·⁊ exercitu samaritanorum·Quid iudei imbecilles faciunt·numquid dimittent eos·gentes·num sacrificabunt·⁊ perficient in una die·numquid potuerunt edificare lapides de acervis pulveris·qui combusti sunt·Et tobias ammanites·proximus eius·ait·Edificent·si ascenderit vulpes·transiliet murum eorum lapideum·Audi deus noster·quia facti sumus despectio·Verte opprobrium eius super caput eorum·⁊ da eos in despectionem in terra captivitatis·Ne operias iniquitatem eorum·⁊ peccatum eorum·coram facie tua·non deleantur·quoniam irriserunt edificantes·Itaque edificavimus murum·⁊ adunavimus totum·usque ad partem dimidiam·⁊ applicatum est cor populo·ad operandum·Factum est autem cum audisset sanaballath·⁊ tobias·⁊ arabes·⁊ ammanite·⁊ azotii·quod obviata esset ciatrix muri·ex eo quod cepisset ire rupta adunitas·iratus sunt omnes·Et congregati sunt omnes pariter·ut venirent·⁊ pugnarent contra ierusalem·⁊ molirentur insidias·⁊ orantes deum nostrum·⁊ posuimus custodes super murum die ac nocte·contra eos·Dixit autem iudas·debilitata est fortitudo portantis·⁊ humus multa est·⁊ nos possumus edificare murum·⁊ dixerunt hostes nostri·Nesciant·⁊ ignorent·donec ve